

# IUVENTUS

DE PÆMÈRIS IN USVIA STUDIO

Per.  
Lat  
020

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse

Laptulajdonos: Katolikus KÖZÉPISKOLAI TANÁREGYESÜLET. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibelen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — administration, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, XI., Fehérvári-út 13. (tel.: 269-057).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 468-009).

Megjelenik minden hónap 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pratum subnotationis an. 1941—42: 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postal is Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse internationale» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pratum annum solvit.

## LECTORIBUS MEDIIS

*Csokonai: Susanna misera de militia.*

Latine reddidit Ilsa Mosonyi disc. Giselani Bp.

*Venit vesper(i) imperium,  
Inerat rubrum sigillum.  
Quadam nocte pulchra veris  
Pulsatur porta Ioannis.*

*Tunc ipsum a me abiit,  
In somnis me laetus vidit  
Bene in lecto quiescens  
Et per somnum me amplectens.*

*Tuba tristi accidente  
Conscendit equum repente,  
Contra Turcas est profectus,  
Heu, forte in omne tempus.*

*Flens ibam ad eius domum  
Et inde ad imum hortum,  
Pertriste carmen cantavi  
Similiter orbae avi.*

*Cassidem flens irrigavi,  
Vittam maestam illigavi,  
Decem rosis sparsi equum,  
At ipsum osculis centum.*

*Et animus ex me flebat,  
Cum valere me iubebat:  
«Vale!» — plus non est locutus  
Amplexus m(e) et osculatus.*



M. V. Csokonai (sculpsit Stephanus Ferenczy)

## Michael Vit z de Csokona: Ad Spem.

Latine reddidit *Ladislaus Juh sz Szegedinensis.*

*Ludificans mortales immortale aliquid tu  
Visaque caelestis falsaque caeque Spes,  
Quam quisque infelix ipsi et creat et sibi finxit  
Assiduusque humilisque ut genio obsequitur.  
Levibus illecto labiis cur, cur mihi rides?  
Cur dubia instillas nune quoque gaudia, cur?  
Tu soli maneas tibi! — Semper me stimulasii;  
Credideram verbis: tu mihi verba dabas.*

*Insevisti hortum narcissis tu mihi totum,  
Rivorum strepitus arboribus dederas,  
Sparsisti aeternum ver florum milibus in me  
Et me felicem tu, bona, reddideras.  
Mens animusque alacres auror  iam volitarant  
Ad flores hilare consimiles apibus.  
Omnia gaudia, praeter solum unum, omnia noram:  
Cor Lillae petii: caelum etiam id dederat.*

*Sed subito, heu, coepere mei languescere flores  
Arescuntque arbor, rivulus et viridis;  
Laetitia et mea vertitur atque in tristem hiemem ver,  
Mi auferatur gaudens laetaque vita prior.  
O, utinam concessisses, esset mea Lilla:  
Hic cantus nunc, heu, lugubre non caneret;  
Oliviscar maerorum inter bracchia laetans,  
Gemmis atque auro non nitido invideam.*

*Obtestor te, Spes, me linque, relinque, rogo te,  
Nam tumulabit me haec aspera durities,  
Sentio enim exspes me defectum viribus esse:  
Caelum animus fessus, corpus at optat humum.  
Nec florent campi mihi, sunt et torrida prata,  
Luci deserti, sol quoque praecepitata.  
Mulcentes lenes cantus variaeque figurae,  
Gaudia, Spes, Lillae, dico Valete ego nunc.*

### Quomodo Nandus rus reliquerit.

Ex libro «Der Nant. Eine lustige Studentengeschichte vom Reimmichl. Latine reddidit *Avenarius presb. S. V. D.* (Roma). Partes iam publicatas vide a. 1937/8 pag. 41, 58, 71, a. 1938/9 pag. 71, a. 1939/40 pag. 117.

Sed brevi suorum ei reconciliata gratia erat, et ex quo apud parochum Nandus parabat studium, mater indulgentiorem fere sese praebebat filio. Qui illi,<sup>1</sup> quoties parum facilis ad ea, quae vellet, concedenda erat, minari: se nolle iam studia. Tum bona mater Nandulo suo subministrare butyratum panem et zucharum et reliqua gulae<sup>2</sup> placamenta,<sup>2</sup> donec ille mutata mente diceret: «Nunc vero, mater, ad studia me refero».

Tandem venerat tempus proficisciendi in illam urbem, ubi inchoaret studia. Aegre expectabat illum diem, quo primum emergetur ex soli natalis angustiis in apertum mundum, quo die primum oculis spectaret ferriviarium<sup>3</sup> agmen<sup>3</sup> et tot alia miracula. Pridie itineris Nandus longam scuticam suam attulit, qua toties custodiens pecudes insonuerat, quam instrumentum studii imprimis necessarium arbitratus reliquae sarcinae adiecturus erat. Cum pater serio prohiberet, lacrimulis in oculis obortis fidelem scuticam postremum aspicit, deinde fracto fere animo minori permittit frater culo.

Et a paterna domo discessus ei, qui ad studia pergeret, haud ita durus fuit. Minores fratres cum admiratione Nandum adspiciunt, maiores natu

palum etiam lacrimaverunt: itaque discessum est. Pater et mater secuti sunt usque ad ferream viam, inde solus erat iturus. In via multa Nandus salutariter monebatur, sed is tot novis rebus tamquam absorptus parentum monita ne audiebat quidem. Cum perventum esset ad stationem, apertis oculis et ore hiulco<sup>4</sup> Nandus circumspectabat omnia. Emptam pater tradidit tessera: «Tene hanc quadrulam! cave amittas! Dum parentes administrant sarcinam, Nandus evanuit. Illi cum sensissent, nonnihil erant solliciti, quia iam iam adventurum agmen erat. Nandus autem progressus erat aliquantum extra stationem, ubi promovebat subrotatum<sup>6</sup> plostellum<sup>6</sup>. Propinquante patre et matre officialium<sup>7</sup> quidam retrahit puerum, quem pater duriuscule obiurgat. Mater flet, mordet habitus<sup>8</sup> sui focale<sup>8</sup> Nandus. Tum iterum parentes instant: omnem daret operam, ubi «Brixia»,<sup>9</sup> clamata esset, descenderet. Nando nonnulla incedere coepit cura, ne oppidum studii non tangeret, cum conspicatur quosdam viros riscis<sup>10</sup> et cistis<sup>10</sup> agglutinantes pittacia,<sup>11</sup> in quibus magnis et rubris litteris erat: «Brixia». Ea re sollicitudo levari coepit. Et ratus illos viros ea pittacia agglutinare etiam hominum corporibus, ut quo vellent tuto pervenirent, mirum quantum cupiebat hominem ad se cum schedula et glutine accedere.

Sed ecce advolat agmen curruum! Nandus horrens recedit, pater postremum prendit manum filii, mater cruce signans frontem pueri: «Cura, bonus sis et frugi», inquit. Et aversa textit manu faciem. Nandus fidelem et caram intuens faciem nec ipse iam cohibet lacrimas. Sed pater in currum trudit puerum. Fit sibilus. Fit motus. Fumiferum abripitur agmen. Brevi cessavere lacrimae Nandi, cuius oculis tot se res offerebant spectandae. Delectamento erat arbores et domos tam prae-cipitanter praetervolare currus fenestratas; modo ad hanc, modo ad illam fenestram transcurrentes laetabatur saltante regione.

<sup>1</sup> matri <sup>2</sup> inyencs g = Leckerbissen = gourmandises  
<sup>3</sup> vonat = Zug = train <sup>4</sup> t tott = offen, aufgesperrt = b ant <sup>5</sup> jegy = Fahrkarte = billet <sup>6</sup> kis tol koosi = Rollw gelchen = petite charette   bras <sup>7</sup> vasutas = Bahn-beamer = cheminot <sup>8</sup> kab tgal r = Rockkragen = col de veste <sup>9</sup> Brixen <sup>10</sup> l da, b r nd = Kiste, Koffer = caisse, coffre <sup>11</sup> c dul cska = Zettelchen = fiche

### LECTORIBUS MAIORIBUS

### Systema stenographiae S.-is Taylor. (3)

Ad linguam latinam accommodavit *I. C. Danzer Pestini* 1802.

Non est igitur, quod iis, qui stenographiae studio tenentur, animos adimat, aut eos ab opere jam naviter suscepto deterreat; quin periclitandae sunt ingenii vires in novo hoc artis genere, ut, quid efficere, aut quoque progreedi possint, appareat. Stenographiam enim perdiscreto multo minus arduum est, quam vulgo usitatae scriptio[n]is mediocrem tantum peritiam adipisci. Id quod nec longo, nec adeo molesto experimento cognoscere licet, cum quilibet certe vel mediocri praeditus ingenio, scripturae tamen non omnino rudis, ad summum sex horarum spatio ad intelligenda artis hujus praecepta facile perduci possit, ut adeo



nemo, nisi aut plane indocilis, aut laboris omnino fugax, hanc scientiam sibi parare nequeat. Quae res iis etiam incitamento esse potest, qui multis aliis negotiis se occupatos queruntur, quae ipsis omne ad condiscendam hanc artem tempus eripiant. Juvenile porro ingenium stenographiae studio allici non minus potest, ac aenigmatum explicazione; utrumque enim delectando docet, et mentem investigando acuit. Qui nempe ea, quae notis stenographicis descripta sunt, legere cupit, is singulas argumenti partes intelligat, pluraque multo, quam quae his singulis exhibentur, mente complectatur, oportet. Ut enim verborum, quibus saepenumero varia, ac proinde dubia, inest significatio, genuinum eruere possit sensum, praesentia cum antecedentibus et consequentibus conferre, disjuncta componere, e similibus certa elicere, ignota e notis eruere, omnem denique rei pertractatae seriem ac complexum, uno quasi obtutu perspicere debet.

Etsi vero principio tironibus arduum videatur, ad res tam diversas, tamque multiplices mentem intendere: assidua tamen exercitatione miram facultatem, eamque promptitudinem sibi quisque comparabit, ut scripturam stenographicam ad instar vulgaris absque omni haestitatione legere queat. Quo labore superato non spero fore, ut eos operae impensae poenitaet, dulce enim erit et meminisse laborum, et maximum ex artis hujus peritia cepisse emolumentum. Non leve praeterea adminiculum ars stenographica memoriae adjuvandae praebet, quae nostra quidem aetate minus ac ante excoli videtur. Dum enim verborum, quae notis exprimuntur, significationem aenigmatibus quasi involutam, penitus investigamus, res ipsa multo magis menti impressa firmius memoriae inhaeret.

Cum igitur stenographiae ea sit indeoles, ut prosit non solum jam rite cognita, verum etiam dum discitur; cum ea mentem juvenilem, judicium ac memoriam aequaliter exerceat: eam artibus liberalibus, quibus juvenum animos excolere decet, annumerare non dubitamus. Praeterea res saepe utilissimae menti stenographiche scribentium se offerunt, quae longo literarum ambitu distentis facile elabuntur, aestusque cogitantis, qui inter longas scriptiones remittit, diutius vigorem ingenii conservat, dum se brevibus signis liberius exserere potest. Ad haec, quam jucundum est, ea, quae tacita mente volvimus, vel ex aliis audimus aut legimus, quam parcissimo laboris temporisque impendio, chartae mandare posse!

At iam vereri incipio, ne artis huius studio abreptus plura, quam fortasse opus erat, dixisse videar: quamquam longe plura ad eiusdem commendationem afferri potuissent. Neque tamen, quae hactenus dicta sunt, uberius exponere conati fuissent, nisi hoc studium tamquam novum praeciperemus. Reliqua igitur, ne longius a proposito discedamus, sagacitati eorum auguranda commitimus, quibus bonarum artium progressus, atque adeo provehendarum disciplinarum subsidia curae cordique esse solent.

Ceterum hoc opere, quo stenographicum systema ad linguam latinam accommodare conamur, non tam primi ejusdem auctoris interpretem agimus, quam potius ea, quae ad rem pertinent, nostro iudicio, nostraque scribendi ratione proponimus, et ante ab aliis tractata, proprio tractamus modo. Ipsum tamen sistema nulla in parte mutavimus, veriti, ne, si qua corrigere vellemus, ea fortasse depravaremus magis. Eadem nos stenographica adhibemus signa, quae in usum sermonis anglici

inventa, ad linguam gallicam accommodata, nostroque postea studio germanico idiomatici adaptata sunt; ita, ut uno eodemque characterum stenographicorum genere, quatuor hisce linguis, et si libet, quacunque alia scribi possit.

Quod ad scribendi rationem, quam hic sequimur, attinet, sollicite curavimus, ut quod in nobis esset perspicue scriberemus, elegantiae minus, quam utilitatis studiosi. Unde confidimus fore, ut lectores omissa incultioris dictionis reprehensione, conatus nostros aequi bonique consulant. *Continuabitur.*

### Librorum recensio.

**Trencsényi-Waldapfel Imre:** Erasmus és magyar bártai (Erasmus eiusque amici in Hungaria). Officina Budapest 1941. Pag. 110. — Quamquam literae Graecae et Latinae, quae in Italia renatae sunt, Mathia regnante etiam in Hungaria revirescentes cito defloruerant et celeriter defluxerunt, tamen post mortem Mathiae regis aliquot sese protulerunt viri, qui litteris Graecis studere et se dicare non desierunt. Hi Erasmus celeberrimum eius aetatis per totam Europam virum ut ducem et signiferum suum observabant, quem sequi, a quo auctore duci et regi optimum eis videbatur. Sed aequales Erasmo non solum in litteris primas detulerunt, sed eius vox in rebus publicis et politicis etiam ad longinquissimas nationes penetravit. Eméricus Trencsényi-Waldapfel hoc libello, cuius oratione iucunda legentium animos artissime devinxit, eorum repellebat opiniones, qui Erasmus, cum esset pacis suos assiduus, concordiae nationum acerrimus propugnator, amicos suos in Hungaria languida et inertis desperatione atque tepida sua et dubitationum plena philosophia perniciose infecisse dictitant. Trencsényi-Waldapfel argumentis probabilibus evicit, non Erasnum sectatoresque eius, cum nationes Europeas ad pacem et concordiam tuendam hortarentur, cladis Mohacsianae autores fuisse, sed nationum dissensionibus religionumque contentioneibus Hungariae ruinam et labem effectas esse, Erasmus, si partes viri humani, qui et ingenita indole esset atque voluntate ac persuasione esse vellet, constanter et honeste sustinente vellet, humanitatis praeconem, osorem bellorum iure meritoque fuisse. Auctor huius opusculi, quod fontibus usus est religiosissime et hominum temporumque adhibuit scientiam exquisitissimam, lectionem nobis praebuit utilissimam. Libellus, ut fere omnes, qui ex Officinas editione prodeunt, etiam exteriore habitu est insignis. *Car. Ács Bp.*

### Index sociorum laboris.

- I. Discipuli :** *Hungari*: Lad. Almásy 85. Ern. Andrásfay 11. classis VII Angelani Bp. 8. Lad. Arany 72. Bela Árkosi 40, 72, 80. Zolt. Babocsai 55. Tib. Balázs 24. Arp. Bandi 88. Eva Bányai 23. Des. Bauer 23. Marg. Bella 7, 70. Zolt. Biró 16, 52, 55, 56. Laya Bolza 85. Lad. Borostyánkői 64. Maria Böhm 63. Eva Brámer 56, 63. Lad. Csaba 36. Ach. Császár 18, 38, 53. Col. Csathó 16. Io. Csopej 69. Maria Ditrói 11. Tib. Farkas 49. Rob. Frankl 44, 52, 86. Anna Fridli 41. Zolt. Gaál 8, 88. Erv. Gárdosi 72. Georgina Gáspár 77. Io. Gebhardt 39. Emer. Györy 44. Lad. Harsányi 40, 64. Lud. Hársing 24. Steph. Hatvani 22, 80. Ern. Hidvégi 72, 85. Iul. Holpert 9, 58, 69, 82. Andr. et Maria Horváth 40, 63. Carolina Huszár 75. Georg Illés 24. Steph. Ipkovits 16. Andrea Kádár 88. Lad. Karimét 48. Eva Kékesi 70. Tib. Kelemen 58. Gratia Kerényi 7. Jul. Kereszty 88. Ant. Kiss Szabó 66. Lud. Kiss 8. Steph. Klinger 45. Clara Komlós 76. Eva König 48, 58. Ios. Kráhl 24. Frid. Kreiner 8, 19, 40, 48, 52, 55, 64, 72, 84. Mich. Kycaki 42. Thomas Lantos 40. Brig.

Légrády 2. Hel. Lengyel 8. Franc. Liska 85, 88. Cath. Ludwig 63. Steph. Majtiszky 22. Gen. Marosszéki 80. Eva Mattyasovszky 35. Phil. ecom. Merán 16, 35, 63. Nic. Mikolás 35, 53. Ant. Miszlay 72. Ilse Mosonyi 40, 72, 93. Eva Nemes 24, 77, 80. Ios. Németh 22, 48. Alexa Pálffy 85. Adelh. Pintér, Maria Polónyi 86. Hugo Rácz 6, 23, 50, 77. Erv. Rafael 56, 72. Livia Rakovszki 22. Lad. Renner 40. Ern. Réti 8, 39, 72. Lad. Rostás 24. Agnes Salamon 77. Emer. Schumitzky 52. Georg. Szabados 72. Franc. Szakács 48. Editha Szál 85. Carolina Szalay 58. Cath. Szécsi 40, 88. Petrus Szende 22, 42. Io. Szendrei 64. Petrus Szente 76. Dion. Szentgyörgyi 16, 48. Edm. Szentgyörgyvári 8. Dasia Szóts 69. Gabr. Tánczos 48, 64. Georg. Timár 64. Geysa Tokaji 80. Io. Tóth 42, 65. Lad. Török, Lad. Tsuk 85. Lad. Ujlaki 8. Franc. Váradi 16. Gis. Varga 40. Th. Vásárhelyi 88. Io. Velle 55. Lad. Versényi 35, 52, 56. Alex Weber 6, 20, 25, 43, 57, 66, 81. Ther. Weiss 24. Ver. Wohl 70. — 2. *Helvetii*: Juliana Albertelli 35. Car. Arnaboldi 34. Luc. Bolzani 88. M. Buckhard 11. M. Casanova 11. Fabius Ferrari 72, 80. Hugo Frey 88. Elda Ganna 16. Ilsa Hotop 35. Johanna Jackson 11. Camillus Ielmini 10. Nic. Merckling 23. Petrus Pr. averi 8, 72. Marius Selva 11. Armandus Taddei 52. Ilury Verna 55. Guil. Volonterio 16. Victoria Wyss 11. Maria Weissenbach 80. Alfr. Zeier 55. — 3. *Batavus*: Petrus Vette 80.

**II. Magistri et alli:** 1. *Hungari*: Car. Ács 3, 18, 31, 39, 45, 54, 61, 62, 71, 79, 87, 91, 95. M. Anna Bencze 32, 47. Vinc. Bors 4, 10, 20, 33, 42, 51, 67, 77, 83. Frid. Brisits 73. Val. Fehér 3, 38. Gabr. Finály 52. Vinc. Gombár 59, 67. Felic. Gondán 30. Ios. Guelmino 5, 14, 26, 50, 60, 74, 82. Bela Harhai 54, 78. Steph. Helmeczi 90. Ios. Irsy 85. Ioannes Jeney 13. Lad. Juhász 19, 62, 76, 94. Chrys. Kelemen 70. Iul. Kováts 62. Al. Kővári 66, 89. Dion. Kövendi 4, 70, 78. Gisela Lakatos 67. Aem. Láng 15, 21, 27, 46, 83. Ios. Lázár 84. Rud. Milleker 2. Elis. Nagy 50, 60. Arn. Pányi 5, 75. Io. et Paulus Rónai 78, 3. Ios. Tóth 4, 11, 20, 36, 69. I. Wagner passim. — 2. *Helvetii*: Paulus Boesch 17. Magistri Genaveses 61. — 3. *Germanus*: Avenarius 94. Georg. Lurz 1, 68. — 4. *Moravus*: Fr. Palata 16, 24, 29, 56, 63, 88. — 5. *Batavus*: C. W. Vollgraff: 92. — 6. *Polonus*: Rud. Nowowiejski 27. — 7. *Italus*: J. B. Bellissima 90.

## Index rerum anni 1941/42.

**Aenigmata:** 7, 16, 23, 39, 47, 55, 63, 71, 87.

**Capita principialia:** De rei neolatinæ eventu 1. — De Stephano Széchenyi 9. — Litterae gratulatoriae Pii XII ad Helvetiam 17. — O. Prohászka: De nativitate Jesu Christi 25. — De moribus anni incipientis 41. — Sanctus Antonius in Csíkszereda 49. — De Stephano Horthy vice-gubernatore 57. — De 800 annis Ordinis Cisterciensis in Hungaria 73. — De quinque lustris episcopatus Summi Pontificis Pii XII-i, 81.

**Carmina:** Lud. Áprily: Vere 67. — Michael Babits: 1. Ad Italiam 18; 2. Procul 38. — Daniel Berzsenyi: Preces 86. — Carmina popularia Hungarica 36, 69. — Csokonai: Susanna misera 93. Ad spem 94. — Valentinus Fehér: Gigantomachia 38. — Rob. Frankl: Preces anno ineunte 44. — Ladislaus Juhász: Elegia in mortem Iosephi Fógel 18. — Rudolphus Nowowiejski: Mariae canticum ad cunabula 27. — Alexander Petőfi: 1. Lavat lumen lunae se 10; 2. Per plateam longam pagi 20; 3. Sara anus 33; 4. Mundus hibernalis 42; 5. Bellum erat 51; 6. Consilium omissum 58; 7. Ludit terra vetus 62. — 8. Nox silens est 67; 9. Contrepdat vepres 76; 10. Dies cruentos somnio 77; 11. Paulus Pató 83. — Fridericus Schmidt: Hora Vergiliiana 3. — Michael Vörösmarty: Praefatio 53. — Jos. Wagner: 1. De morte immatura Brunonis Mussolini 3; 2. Moderator magisterio vale dicit 90.

**Certam ina:** 1. Cert. *Iuventutis*: 10, 33, 52, 67, 84, 85. — 2. Cert. *Hoeufftianum* 92. — 3. Alia certamina 12, 34, 84.

**Commerceum litterarum:** 7, 17.

**Ecclesia:** In memoriam Stephani Hanauer 54. — Ioannes Scheffler. — Beata Margaretha 78. — Nicolaus Steiner 83. — Franciscus Sebes 6.

**Epistolia officialia:** 8, 16, 24, 40, 48, 56, 64, 72, 80, 88, 92.

**Historia et antiquitates:** De novo aedificio Scholarum Piarum Caciensi 13. — *Ios. Révay*: Ostiam renascituram esse 15, 21, 27, 46. — St. Werbőczy 50. — De fodinis auri Transsilvaniae 70. — De monumento Francisci Rákóczi 75. — Madách 86. — De Livio bimillenario. — De Romana Genava 61. — Ioca Aprilia 66, 89.

**Jocosa et Salse dieta:** 3, 10, 22, 34, 42, 52, 58, 69, 76, 85.

**IUVENTUS:** 11, 12, 44, 59, 66, 75, 84.

**Litterae et artes:** Mozart 20. — *Iul. Fodor*: De artificibus musicis 59, 67. — Berenice auricoma 6. — Grillparzer: Medea 34. — Merescovschi 43. — Jos. Katona. — *Fr. Felkay*: Nero. — Rossini 58. — J. Strauss 65. —

**Librorum recensio:** 1. *L. Révész*: Florilegium 3, 54. — G. Berardi: Rudimenti della lingua Lat. 3. — Bollettino Internazionale. — *Sophocles—Babits*: Oedipus 18. — C. Balogh: Antik bronztükör. — *Kún—Törös*: A magyar gyermek első latin könyve 39. — V. Temesy: Földrajzi zsebkönyv 54. — *Burián—Édes*: Latin-magyar szótár 55. — L. Varga: Németi Pál latin költő. — I. Révay: Ókori író, magyar olvasó. — R. Bacchelli: Bella Italia 62. — Plautus—Devesceri: Miles gloriosus. Trinummus 70. — J. Frídeczky: Roma aeterna. — F. Gondán: Magyar irodalomtörténet 71. — S. Hieronymus—Kerényi: Canticum vanticorum 78. — J. Halasi—Nagy: A politikai tudomány kezdetei. — *Tusculum-Schriften*: 3. Kunst im antiken Urteil, 8. Antike Stenographie, 26. Antike Musik 79. — Aristoteles—Szabó: Nicomachosi Ethika. — Th. Erdős: Uranil 40 nap alatt. — J. Trostler: a) A Balassa-versszak; b) Fenékkel felfordult világ. — I. Szűts: Zúg a Nemere 87. — A kat Tanügyi Főigazgatóság évkönyve. — Fr. Mező: Az ókori távolugrás. — I. Borzsák: A latin nyelv szelleme, 91. — Trencsényi—Waldapfel: Erasmus és magyar bárátyai, 95.

**Narrationes:** Ioannes Fortunatus. — 2. *Harsányi*: Sex centesimi 5, 14. — I. Guelmino: Iesulus donum mittit 26. — Dickens: Artificium 30. — Gárdonyi: De quaestione iudiciaria 32, 47. — Wilde: De gigante superbo 45. — Paracelsus in fabulis populi 50, 60. — Ioca Aprilia 66, 89. — A. Nyáry: Alexander Magnus 74, 82. — Praedicatio ad latrones 82. — Quomodo Nandus rus reliquerit 94. —

**Narratiunculae:** 4, 11, 23, 35, 53, 58, 59, 67, 70, 85.

**Notae musicæ:** Amadé-Arany: Carmen conquisitorium. 4. — Christus Iesus natus est 36.

**Nuntii recentissimi:** 6, 12, 19, 34, 43, 50, 58, 65, 74, 84.

**Pittacia:** 9, 53, 75, 77.

**Res femineæ:** De Lottis 60.

**Scientiae:** Danzer: Systema stenographiae Samuelis Taylor 36, 92, 94. — Fr. Palata: Societas anonyma 29. — C. Simor: De primo automobilium fabricatore 31, 45. — G. Lurz: De hodierna vi armigera 68. — M. Faraday 19. — Paracelsus 50. — Al. Csoma de Körös 65. — St. Helmeczi: De amplificando theoremate Pythagorae 90. — De Meyero Lubkeo philologo 90.

**Varia:** De novis discipulis 20. Pugna aëria 86.

**Vivum Latinum:** 1, 2, 36, 38, 61, 70, 84.